



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. XI. Pontificem Romanum pro sui electione censum Regibus Gothis
pependisse, ab iisque confirmationem petiisse. Ad can. Agatho. dist. LXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

ἕτερον Ἐπίσκοπον ἢ τῆ σιωδῶ τῆς ἐπαρχίας δικαζέδω; εἰ δὲ
 πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην, Ἐπίσκοπον, ἢ κληρι-
 κὸς ἀμφισβήτησιν λαμβανέτω ἢ τὸν ἑξαρχὸν τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν
 τῆς βασιλευσῆς κονσταντινουπόλεως θεόνον, καὶ ἐπ' αὐτὸ δικαζέδω.
*Si cui clerico lis fuerit cum alio clerico, ne relicto proprio Episcopo
 ad iudicia secularia excurrat: Sin autem lis ei fuerit cum proprio vel
 alio Episcopo à provincia synodo iudicetur: Sin autem cum ipso pro-
 vincia Metropolitano lis sit & controversia Episcopo aut clerico, ex-
 archum adeat vel regnantis urbis Cpleos sedem: En tres jurisdic-
 tionis Ecclesiasticæ gradus: Nam aut clerico res est cum alio eidem
 Ἐπίσκοπῃ subjecto clerico & tunc Episcopus, cui uterque subest,
 adeundus est: Vel cum Episcopo ipso, tunc ad Synodum provin-
 ciæ referenda lis est. Vel denique cum ipso provinciæ Metro-
 politano, quo casu vel Exarchus adiri debet vel Patriarcha Constan-
 tinopoleos. Hi ergo erant fines, hi limites canonum, intra quos
 jurisdictio Ecclesiastica continebatur. Et inprimis canon XI.
 Cpanus, quem Gratianus in duos distraxit, octavum nempe & no. *Gratiani
 num caus. 9. q. 2. Unde factum quoque ut d. can. Non invitati. 9. ad manus.*
 Episcoporum singularium dioceses relatus fuerit contra concilii
 mentem quod non unius Episcopi Ecclesiam, sed integrum cor-
 pus Ecclesiarum sub uno Metropolitano vel Exarcho, vel patriar-
 châ constitutarum intelligebat.*

CAP. XI.

Pontificem Romanum pro sui electione cen-
 sum Regibus Gothicis pependisse, ab iisque
 confirmationem petiisse. *Ad can.*

Agatho. dist. LXIII.

SUMMARI A.

- | | |
|--|---|
| 1. Pontifex pro sui confirmatio- ne Regibus Gothicis veftiga- lis. | 2. Censum hunc remisit Const. Pogon. |
|--|---|

Ec-

*Pontifex
pro sui con-
firmatione
Regibus
Gothicis
vectigalis.*

*Censum
hunc remi-
sit Const.
Pogon.*

Ecclesia Romana Gothis Italiâ potitis à Regibus Arrianis confirmationem electi Romani Pontificis petiit, magnaque pecuniâ vi redemit. Indicat Cassiodorus *lib. 8. Epist. 15.* Nec Italiâ à Gothis receptâ desit vectigalis esse. Nam ipse Justinianus exactis Gothis eandem confirmationem, & censum pro eâ retinuit, quod non tacuit Gregorius I. in Psalmum 102. pœnitentialem, ut observat doctissimus Antonius Dadinus Alteserra, donec postulante Agathone Constantinus Pogonatus hunc censum remisit, retento confirmandi jure, quemadmodum ex Anastasio Bibliothecario in Agathone retulit Gratianus in *Can. Agatho. dist. LXIII.* Hoc onere soluti Pontifices hos sumtus in missilia populo spargenda verterunt. Quo pertinet illud Bernardi *lib. 4. de Consider.* ad Eugenium Papam: Quale est, *inquit*, quod de spoliis Ecclesiarum emuntur, qui dicunt Tibi Euge! Pauperum vita in plateis divitum seminatur, argentum micat in luto, accurritur undique, tollit illud non pauperior, sed fortior, aut qui fortè citius procurrerit, A te tamen mos, vel potius mors ista non cœpit, in te utinam desinat.

CAP. XII.

Ad distinct. 15. can. 3.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|------------------------------------|
| 1. Canon. 3. distinct. 15. an sit Gelasii. | 11. Liber proverbior. Xysti. |
| 2. Actus B. Sylvestri. | 12. De S. Mariâ & obstetricæ Salu. |
| 3. Inventio crucis Dominica. | 13. Liber, Thesaurus. |
| 4. Inventio capit. Job. Baptista. | 14. Epist. Jesu ad Abgarum. |
| 5. Itinerarium Petri Agobardi Covarr. p. 314. | 15. Nepotis. |
| 6. Liber de nativ. Maria. | 16. Evangel. Tacian. |
| 7. Liber qui Pastor. | 17. Faustus Manich. |
| 8. De actibus Tecla. | 18. Testamentum Jacobi. |
| 9. De transitu Maria. | 19. Liber Ogia. |
| 10. Sortes Apostolor. | 20. De pœnit. Jamnis & Jambris. |
| | 21. Moyses, Musæus, magus habitus |

Canon